



# SECVNDA PARS DECRETI, VBI TRACTANTVR CAVSÆ: QVIA LONGE' PROLIXIOR ET DIFFICILIOR EST RELIQVIS, IDEO DILIGENTIVS PRO EJVS COGNITIONE ELABORANDVM EST. ILLIVS PROFECTO OBSCVRITATEM PACIS ELVICIDATAM CONSPICET, QVIS QVIS HIC IMPRESSA DILIGENTER ANNO. TAVERIT.



**S**imoniacus est, & pecuniam committit, qui spiritualia vendit. Damnantur Episcopi per pecuniam facientes ordinationem, & tuis lepram, non officium conferre dicuntur. Simoniacorum sacramenta effectum gratiae non habent. Sacerdotes digniores facilius quam reliqui a Deo exauduntur. Et ibi de dignitate verbi Christi, quod ejus corpori æquiparatur. cap. interroga. Et in fine de criminis concusso tractatur.

- 2 Simonia committitur, si pro ingressu monasterii pecunia exigatur, vel exacta persolvatur. Ecclesiastica stipendia accipere non debet, qui bonis patrimonialibus sustentari potest. c. clericos.
- 3 Simonia an committatur, si praebendæ emanatur. Investitura Ecclesia à laicis fieri prohibetur. c. salvator.
- 4 Simonia paterna an sit ignorantia filio nociva. & ibi tractatur, an pro crimine unius alter poenam patiatur.
- 5 Simoniae acquisita Ecclesia per patrem, an possit per filium licite obtineri. Item an possit filius fungi ordinatione, quam paterna pecunia est assicurata.

- 6 Simoniacus est, qui pecuniam largitur, ut eligitur.
- 7 Simoniaci in ordine male accepto poenitentiam agere non possunt, & ibi principaliter tractatur, an ab heresi redeuentes sint in suis ordinibus & dignitatibus recipiendi: & quod decretal posse sunt temperari, & canones quandoque relaxari.

**b Appellat.** Appellare non est opus a sententia a non suo judge lata: quia talis sententia nulla est. c. in primis circa fin. & in prima q. hujus iij. causæ principaliter tractatur, an ordo judicarius sit in manifestis obseruandis. & quod excommunicatio non est ferenda antequam causa fuerit examinata. c. nemo. & judex peccatum sibi soli notum damnare non debet. c. si peccaverit.

- 2 Appellare posset spoliatus, si ante restitutionem sibi factam accusatori respondere cogeretur. Nullus enim debet accusari dum suis rebus fuerit spoliatus.

- 3 Appellandus est calumniator, qui scienter falsa crimina intendit. Prævaricator, qui vera crimina abscondit. Tergiversator, qui in univer-

sum ab accusatione desistit. s. notandum. & in hac 3. q. principaliter tractatur, qua pena seriem di sunt, qui in accusatione deficiunt.

- 4 Appellatur purgatio quedam vulgaris quedam canonica: & ibi tractatur, an deficientibus accusatoribus reus sit ad purgationem cogendus.
- 5 Appellatur testimonium sufficiens, quod ore duorum vel trium firmatur. & ibi tractatur principaliter quod testes requiruntur, non tantum ad convincendum Episcopum, sed etiam contra quemlibet clericum.
- 6 Appellatio estremum contra causas vitiatas. Appellatio intra decennium debet interponi. c. anteriorum. & ibi de libellis dimissoriis, & de judicibus, a quibus appellare non licet.
- 7 Appellatur quis altero major non ratione dignitatis, sed vita. c. quanquam. Dignitas enim non facit Episcopum, sed vita. c. non omnes Episcopi. & ibi tractatur principaliter, an laici possint Episcopos accusare. Christiani per infideles accusari non possunt: nec sacerdotes per eos qui ad sacerdotium prohibentur eligi.
- 8 Appellatur & dicitur accusatio ritè facta quando sit in scriptis. Et regulariter accusator se debet inscribere ad poenam talionis præterquam in sex casibus in summa positis.

**c Spoliatus.** Spoliatus & ejectus ante omnia venientibus inducias sunt prestandæ.

- 2 Spoliatus & ejectus postquam fuerit restitutus, quas inducias deber habere antequam cogatur in judicio respondere, & ibi in summa video de multiplicitate induciarum.

3 Spoliatus Episcopis, & aliis ad judicium venientibus inducias sunt prestandæ.

- 4 Spoliati communione Ecclesiaz, & anathematizati, infames, incestuosi, sacrilegi, detractores, & multi alii sunt ab accusatione repellendi. & ibi dicitur quod anathema differt ab excommunicatione. c. Engeltrudam.

5 Spoliatis & aliis quibuscumq; inimici judices esse non possunt: nec accusatores, nec testes. vox enim inimicorum contra nullos est audienda. Dicitur etiam ibi, quod testes familiares & domestici & etiam consanguini non sunt contra extraneos producendi.

- 6 Spoliatus & quilibet alias si adversarium vult convenire, ipsius forum sequi debet. c. pulsatus.

## Materia XXXVI. Causarum.

- Nec Episcopi damnari, nec concilia celebrari possunt sine Papa.
- Spoliati & alii volentes litigare, non debent adversarios suos coram infamibus trahere: quoniam tales, scilicet infames & criminosi non possunt esse judices. Solus enim ille judicare debet alios, qui nihil in se habet reprehensibile. c. judges.
- 3 Spoliationem vel alium reatum committens Episcopus, a quo Episcopis est judicandus.
- 9 Spoliatorum & aliorum testes, testimonium dicant de his tantum, quae presentaliter & veraciter noverunt, nec contra absentes sunt producendi. Absentes etiam non debent judicari nec accusari.
- 10 Spoliatorum & aliorum testes in uno deficienes- tis an sint in aliis admittendi. Et accusans de pluribus criminibus, si in uno deficiat, an in aliis admitti debeat.
- 11 Spoliati accusantes suos spoliatores & invasores, ab eis accusari non possunt: quoniam accusati nisi prius se purgaverint, alios accusare non possunt.
- d Testes. Testes juris dispositione excommunicati non possunt ad accusacionem admitti.
- 2 Testis esse non potest, qui ad xiv. annum nondum pervenit.
- 3 Testificantis personam assumere non potest, qui ab accusatione prohibitus est.
- 4 Testis, accusator, & judex aliquis simul esse non potest.
- 5 Testantur iura illum non esse à communione repellendum, qui die statuta ad causam venire non potuit.
- 6 Testis est juris dispositio, deficientem in Episcoporum accusatione non posse de cetero agere, nisi in civili & proprio duntaxat negotio.
- c Libello. Libello famosi utentes, & ipsum contra aliquem scribentes, qualiter puniendi sunt.
- 2 Libellum diffamatorium scribens, aut aliter reus, tribus citationibus debet in jus evocari. Et per scripta nullius accusatio debet suscipi.
- 3 Libelli famosi scriptor, aut aliter criminosus, an admittatur in judicio per procuratorem.
- 4 Libellus accusatorius si in Episcopum detur, id est, si Episcopus accusetur, ejus causa à xii. Episcopis audiatur.
- 5 Libellum famosum scribentes, aut aliorum criminis sponte confitentes, non debent ad accusationem admitti. c. illi. Et ibi habetur quod nec qui parcit, est amicus: nec qui verberat, est inimicus. c. non omnis.
- 6 Libellum famosum in alterum scribens, aut alteri crimen inferens, quâ poena feriatur, si crimen illatum non probetur.
- f Infames. Infames excommunicatos, & criminosos à sacerdotum accusatione jus repellit. Et ibi tractatur, qui dicantur infames, c. infames.
- 2 Infamis est quodammodo Episcopus & reprehendens, qui sibi soli dicit aliquem crimen suum fuisse confessum, & ibi dicitur quod Episcopis alios accusantibus non creditur, nisi probent quod objiciunt.
- 3 Infamem quodammodo dicimus, & reprehendens qui ponit falem in messem alienam. cap. i. Et ibi dicitur quod alicui alterius parochianum judicare non licet. Et quot civitates unaquaque provincia habere debeat. c. scitote. Et quod Episcopus judicio primatis, & non aliorum se subjicere debet.
- 4 Infamia aut criminalis accusatio si imponatur Episcopo, id est, si Episcopus criminaliter accusetur, & Episcopi co-provinciales de causa cognoscentes sint in sententia ferenda discordes, quid juris.
- 5 Infamis esset quodammodo, & reprehendens judex, qui vellet reum cogere ad probandum accusatore in probationibus deficiente: quia negativa per rerum naturam est improbabilis. c. accusator.
- g Vivens. Vivens si adhuc sit Episcopus, aliud sibi succedere non valet, nec in eius locum subrogari: quod verum est, nisi esset depositus, vel de licentia Papæ renunciasse, aut per ambitionem se ad aliam Ecclesiam transfluisse. Episcopo autem ægrotanti, aut nimia senectute gravato dandus est coadjutor. Episcop⁹ Ecclesiam suam deferere non debet. c. sicut vir. nec etiam est à suis subditis relinquendus. cap. denique. Prælati duo in una Ecclesia esse non debent. c. in apibus. B. August. accedit, & non succedit Valerio Hippomensi Episcopo. c. non autem.
- 2 Vivens Episcopus aut sacerdos, qui pro ægritudine à missarum celebratione abstinuit, an possit celebrare recuperata sanitatem. Et ibi habetur de morbo caduco laborantibus.
- h Successor. Successor an possit eligi ab Episcopo vivente: hoc est, an successorem sibi possit Episcopus eligere. Et ibi habetur quod locus regiminis est fugientibus offerendus. Et episcopari potest, qui prodeesse desiderat. c. qui Episcopatum.
- 2 Successor Episc. mortui non est eligendus munierum datione, aut amicorum patrociniis.
- 3 Successor Episcopi aut post electionem tenetur juramentum prestare pro indemnitate ecclesie.
- 4 Successus seu prosper eventus denegatur clericis, qui ante sententiam suspensionis vel depositionis à suo Episcopo discedere presumunt. In tales enim ferenda est censura.
- 5 Successus non contingit Episcopo à sede Apostolica vocato, si ad propriam revertatur, nisi prius fuerit purgatus, & Apostolicis literis munitus.
- i Solve. Solve & solvi procurate ipsum o prælate excommunicate: alias non poteris ordinare, nec tua ordinatio erit rata.
- 2 Soluti sunt clerici unius provinciae à prælato alterius: adeò quod Archiepiscopis, Primis, vel Patriarcha clericos alterius provinciae non potest ordinare.
- 3 Solvere vel damnare subditos suffraganei non licet Archiepiscopo illo inconsulto. Solvit Papa ab aliis

## Materia XXXVI. Causarum.

- ab aliis excommunicatos: & cuiuslibet ecclesiae clericos potest ordinare. Est enim ordinarius ordinariorum. c. cuncta per mundum.
- k Regendo.** Regendo unamquaque parochiam, & res ipsius disponendo facit Episcopus quod debet. c. regenda. & c. noverint. Regendi sunt subditi per Episcopos visitantes, ut c. placuit.
- 2 Regendi officium Episcopus transgreditur, si bona ecclesiarum usurpare nititur: quamvis de illis precarias facere possit.
- 3 Regendi sunt subditi sine exactiōibus. Et ibi de cathedralico quantum nomine ipsius valeat Episcopus habere.
- l Censuram.** Censurā formidare debent, qui clericos ad judices seculares trahunt. c. inolita. & c. placuit. Et ibi de conjuratoribus, & eorum punitione.
- 2 Censuraligatus, id est, excommunicatus vel suspensus celebrans est depositione dignus.
- 3 Censura sive justa sive injusta, est timenda. Censura ligati sunt vitandi plus quam pagani. c. ad mensam. Censura ecclesiastica feriri deberet, & ore demonum dicerpi, qui suo Episcopo est inobediens. c. ab sit. Censuram ex ira preferens graviter delinquit. c. ira. & c. cum apud. Censura sive sententia vel judicium quatuor modis pervertitur. c. quatuor modis. Censura feriendisunt, & Iudea proditori comparandi, qui veritatem negant & occultant. c. quisquis. & c. abiit Iudas. Censura sive sententia iuste prolatā, viribus caret. Episcoporum praeceptis non semper obediendum est. Censuræ seu anathematis forma habetur in c. debent.
- m Testor.** Testari seu testamenta facere cum de proprio liceat, an permittatur clericis proprium habere. Clericis causas agere non licet. c. duo sunt genera Christianorum.
- 2 Testamenta condentes clericis an possint quibus voluerint ea relinquere, quæ de bonis ecclesiae acquisiverunt. Testatur multiplex canon illos esse graviter puniendos, qui res & prædia ecclesiastica invadunt. De bonis Ecclesie quatuor sunt portiones facienda. c. quatuor. Et ipsarum rerum alienatio an sit permissa. c. sine exceptione. & c. terrulas. Liberti ecclesiae an possint ab ea discedere. Ressacrae ex quibus causis alienari videntur. c. aurum habet ecclesia. Pauperibus est providendum. c. gloria Episcopi.
- 3 Testamentum an facere possint illi, qui prius nihil habentes tempore suæ administrationis aliqua acquisiverunt, & quid juris de talib. bonis.
- 4 Testamenta an facere possint clerici de bonis ex suis & rebus ecclesiae quesitis.
- 5 Testamenta facere de rebus ecclesiae an sit permisum fidelitibus. Et quis succedat eis ab intestato.
- n Funus.** Funera & exequias suas celebrare, & decimas solvere ubi debent illi, qui se de una diœcesi aut parochia ad aliam transtulerunt.
- 2 Funerādi jura an possint præscribi. Funera, i. corpora mortuorum ubi debent sepeliri. Et an pro sepultura aliquid possit exigī. Funerū, id est, mortuorum animæ quatuor modis solvuntur. c. animæ. Funera, id est, corpora mortuorum defenda non sunt. c. quam præpostorum.
- o Fœnus.** Fœnus sive usuram quodammodo do committit, & peccat, qui ultra debitum exigit. c. quod debetur. Et ibi principaliter tractatur, an clerici possint sua repetrere, & pro illis litigare.
- 2 Fœneraria causa sive criminali, an etiam civili an possint produci testes domestici. Et an clerici possint pro sua ecclesia testificari.
- 3 Fœnus seu usura committitur, si præter sortem aliquid exigitur.
- 4 Fœnera seu usuras nec clericis nec laicis licet exercere.
- 5 Fœnera seu usuræ an sint aptæ, ut inde fiant elemosynæ.
- 6 Fœneratores & usurarii veram poenitentiæ age-re non possunt, nisi restituant quæ rapuerunt.
- p Furiosos.** Furiosos punire non decet ex his quæ faciunt, cum sint mente alienati, & ibi habetur de Loth & aliis ebriosis.
- 2 Furiosis clerici quodammodo comparandi es-sent, si pro patrocinio impensis munera exigere vellent.
- 3 Furioso judex comparari posset, qui ex mulieris confessione clericum condemnare veller. Regulariter enim mulieres contra clericos testimonium ferre non possunt.
- 4 Furiosi quodammodo sunt Ecclesiae ministri, qui diebus dominicis & feriaris causas tractare volunt.
- 5 Furioso similis dici posset: judex, qui neganti purgationem indicaret, nisi infamia laboraret.
- 6 Furoris quodammodo plena res esset, si à ministris & subditis confessio cruciatibus extorque-retur. Iuramenta quædam sunt irritanda, quædam relaxanda. c. auctoritate. & c. aliis in quo c. habetur, quod solus Romanus Pontifex Regem Francie tranquillutilem deposituit. Excommunicatis fidelitas servanda non est.
- 7 Furiosè procederetur, si Diaconus vel Presbyter sine concilii examinatione dejiceretur.
- 8 Furore quodam plenus censetur, qui carnis fragilitate ante ordinationem lapsus, & in iudicio confessus vel convictus, postea præsumit offerre, & in ordine suscepito ministrare: quod verum est de crimine depositionem inducente.
- q Monachus.** Monachus an possit licite officia populis celebrare, & poenitentiam dare, & baptizare. Decimæ de consensu Episcopi sacerdotibus dari debent. c. revertimini.
- 2 Monachi an possint in suis capellis Presbyteros instituere.
- 3 Monachorum & ecclesiarum jura an per præscriptiōem tolli possint.
- 4 Monachi an possint præscribere contra Ecclesias & prelatos seculares.
- 5 Monachi & prelati res ecclesiæ sua auctoritate repellere non valent.

## Materia XXXVI. Causarum.

- 6 Monachi, Episcopi, & alii prælati si sua auctoritate usurpant quæ ad se pertinere putant, an cadant à causa.
- 7 Monachi & Abbates an possint retinere ecclesiæ, decimas, & iura patronatus de manibus laicorum sibi concessa sine Episcopi consensu. Et ibi habetur quod Episcopus habet dispositionem omnium ecclesiærum, quæ in sua diocesis constituta sunt. c. omnes basilicæ. Et etiam ibi plenè de jure patronatus. c. quicunque. c. filii c. decernimus.
- Occidit.** Occidit seipsum spiritualiter, qui à voto resilit.
- 1 Occidit quodammodo temporaliter seipsum, qui suum resignat beneficium, sed si in infirmitate resignavit, an sit ei restituendum postquam convulererit. Et ibi habetur, quod ante probationem triennii nullus in monasterio debet suscipi.
- 3 Occidit animam suam Monachus ad propria rediens, postquam se & sua monasterio tradidit.
- 4 Occidens vel percutiens clericos diabolo suadente est excommunicatus ipso jure. c. si quis suadente diabolo, & ibi habetur, quod ecclesiæ concessa non sunt revocanda: & qui talia afferit, sacrilegium committit: & ecclesiæ immunitas non est violanda.
- Abbates.** Abbates aut Monachos factos Episcopos jus obligat ad relinquendum quod ante habuerunt monasterio: quod post, ecclesiæ propriæ. c. statutum.
- 2 Abbates sunt à propriis fratribus eligendi, & non ab Episcopis. Abbates expellere non est permisum Monachis: neq; commates facere. Abbates & Monachos possint Episcopi visitare, & conditio[n]es exigere tempore dedicationis constitutas. Abbates & Monachi cum sanctimonialibus habitare non debent, quia sexuum commissio est periculosa. c. diffinimus.
- Claustra.** Claustra sive religionem intra-re volentibus clericis non est à suo Episcopo denegandus ingressus.
- 2 Claustrum ingredi clericis permittitur etiam Episcopo invito.
- 3 Claustrum unum petere altero derelicto an sit permisum Monachis regularibus canonicis, si ne permissione Abbatum.
- Volentes.** Volentes & spontaneos monasterium intrantes pueros, an cogant jura religionis propositum tenere. Voluntariè puellæ virginitatis propositum suscipientes, nuptias eligere non possunt.
- 2 Voluntate patris spreta, si filius religionem ingreditur, an à patre revocari possit.
- 3 Voluntariè habitum religionis suscipientes, illum deserere non possunt; sed qui coactus ingreditur, nullo modo obligatur.
- 4 Volentes religiosi ad arctius monasterium transire, non sunt impediendi.
- Commendat.** Commendatam unam Ecclesiæ potest habere clericus in altera intitulatus, Commendandi sunt clerici, qui in una & non in pluribus Ecclesiæ volunt conscribi. Et ibi habetur, quod duobus Episcopatibus potest quandoque quis præfici, c. relatio.
- 2 Commendandi non sunt clerici, qui sine literis dimissoriis de una Ecclesia transeunt ad alteram. Matrimonium spirituale contrahitur inter curatum & Ecclesiæ suam, quæ non debet esse scortum, c. sicut.
- 3 Commendatio nulla, sed potius vituperium est clericis, quæ secularium negotiorum procuratores esse volunt.
- 4 Commendandi sunt clerici, qui vestibus sibi congruentibus utuntur, unguenta & fulgida vestimenta fugientes.
- 5 Commendare non debemus clericum, qui à suo Episcopo depositus, Imperatorem aut judicem seculariem adit.
- Jurans.** Jurans verum non peccat: sed se-  
cūs si pejerat, & per creaturas jura-  
re non licet.
- 1 Jurans falso quod putat verum, an sit perjurus. Quot comites habeat juramentum: & quot sunt genera mendacii.
- 3 Perjurum prælatum & criminatum ante senten-  
tiam diffinitivam derelinquere non licet.
- 4 Juramenta illicita an sint servanda.
- 5 Pejerare & contra juramentum suum venire qui cogit aliquem, licet perjurus non sit, tamén mortaliter peccat. In qua ætate quis cogatur jurare. Et ibi ponitur forma juramenti fideli-  
tatis. c. de forma.
- Pugnas.** Pugnas committere seu milita-  
re, an sit peccatum.
- 2 Pugna sive bellum quod dicitur justum.
- 3 Pugna an debeat committi pro repellenda so-  
ciorum injuria.
- 4 Pugna non semper est exercenda contra malos. Mali enim sunt quandoque à bonis tolerandi, & non abiciendi. Quædam tamen mala sunt repellenda & punienda, quædam toleranda. Malis sunt medicinali severitate ad bonum co-  
gendi, ut Nabuchod. Et hæretici etiam invitati sunt ad salutem trahendi. Pugnis & bellis sunt coercendi Ecclesiasticae religionis inimici.
- 5 Pugnas seu bella qui Deo auctore gesserunt, præcepta non occidendi minime transgressi sunt. Et ibi an mali sunt occidendi. Habens gladii potestatem potest occidere, si hoc faciat amore justitiae.
- 6 Pugna & coactio est exercenda in malos, ut te-  
neant bonum jam suscepturn. Non autem sunt ipsi mali ad bonum non susceptum cogendi.
- 7 Pugna si justa sit, possunt hæretici & omnes ho-  
stes licite suis rebus spoliari.
- 8 Pugna seu bellum an possit per clericos com-  
mitti: & an possint clerici arma sumere. Qui sacra menta Dei tractant, judicium sanguinis agitare non debent.
- Hæresis.** Hæresis quælibet ab Ecclesia Ro-  
mana destruitur. Hæreticus an possit

## Materia XXXVI. Causarum.

possit alium excommunicare , privare , vel sententia notare . Excommunicatus alium excommunicare non potest . Hæretorum consortia & corum sacrificia sunt à catholicis fugienda .

2 Hæretici etiam post mortem sunt excommunicandi . Ecclesia viventes & non mortuos an ligare possit vel solvere .

3 Hæreticus si dominus est , aut alio crimen irrestitus , an possit excommunicatio ferri in familiam suam pro delicto ipsius domini , & in filium pro peccato patris . Excommunicandi sunt , qui corrigi nolunt : & etiam illi qui duas uxores habent : testes falsi homicidæ , & multi alii . Hæretorum tandem varie species ponuntur .

**b Violatas.** Violatas Romanorum Pontificum censuras , à nullo decet esse . Violantes sacros canones in spiritum sanctum blasphemant . Violanda non sunt , sed servanda sanctorum statuta , & eorum regulæ in synodo constituta .

2 Violari non debent privilegia Ecclesiarum : nec Archiepiscoporum . Violans civitates & occidens suos præfules Episcopali dignitate privatur . c. ita nos .

**c Sortilegus.** Sortilegus quis sit : sive qui dicantur sortilegi .

2 Sortilegum esse an sit peccatum : sortibus an sit credendum .

3 Sortes , sive divinationes à quibus exordium sumperunt .

4 Et de multiplici genere divinationis ; & quot modis dæmones futura prænoscunt .

5 Sortilegi , vel divinatores an sint excōmunicandi , si cessare noluerint . Sortilegia , & magicam arrem debent Episcopi eliminare . Sortilegiis , vel maleficis nullo pacto debent sacerdotes operam dare , alias abjiciendi sunt .

6 Sortilegus , vel alius ab Episcopo excommunicatus , an per alium ipso inconsulto possit absolvī . Et an Presbyteri possint reconciliare poenitentes . Poenitentia morientibus non est denganda , etiam a simplici sacerdote .

7 Sortilegis , & aliis morientibus non est poenitentia imponenda , sed bene innotescenda . In poenitentis imponendis multa sunt consideranda . Melius est sacerdotem poenitentiam imponentem esse nimis misericordem , quam nimis severum . Sortilegi sunt & excommunicati , qui dies , menses , & annos paganorum ritu obseruant .

**d Sponsis.** Sponsis Dei se Deo dedicantibus , & virginitatem voventibus , nuptias contrahere non licet . Sponsalia de præsenti , sive matrimonia per voentes solenniter contracta non tenent .

2 Sponsa unius , an possit à suo sposo recedere , & alii nubere . Sponsa sine consensu sponsi , & econtra religiosam vestem suscipere non potest post copulam carnalem : seus ante . Sponsalia vera an fuerint inter Ioseph & Mariam . Sponsam alterius nullus rapiat , & ibi aliquid de raptu .

**e Infidis.** Infidis seu infidelibus conjugium contrahere licet : & inter eos dicitur esse matrimonium , licet non sit ratum . Infidelis uxor virum cogens ad malum , licite dimittitur . Infidelium uero Iudæorum convivia , & etiam conjugia sunt à Christicolis vitanda .

2 Infidelium uaus si convertatur ad fidem altero remanente in infidelitate , an possit ad fidem conversus , alii se copulare .

3 Infidelis qui ante baptismum unam uxorem habuit , & post baptismum aliam , bigamus est censendus . nec potest esse Episcopus . c. acutius ibidem .

**f Serviat.** Servire ad strictus , ut puta servus si contrahat cum libera , quæ per errorem eum putabat liberum , non est inter eos conjugium , quia error personæ & conditionis impediunt & dirimunt : securus autem est de errore fortunæ & qualitatis .

2 Servum scienter acceptum in maritum non potest mulier dimittere : securus si ignoranter . Servi possunt matrimonia contrahere .

**g Infans.** Infans proprius si teneatur à patre in sacro baptisme , licet per tale factum suæ uxori compater efficiatur , non propter hoc ab ipsa uxore separabitur , nisi ad servandam continentiam possit induci .

2 Infantes sponsalia contrahere nequeunt , quia in illa ætate consentire non possunt .

3 Infantes sive filii spirituales vel adoptivi an possint naturalibus per matrimonium conjungi .

4 Infantes sive filium aliquem non debet uxor simul cum viro suo in baptisme suscipere . c. f. quia esset ejus commater . Et ibi dicitur , quod non potest quis ducere in uxorem relata compatriis suæ uxoris : nec etiam duas commatrices .

5 Infantibus si conceditur nuptias contrahere , ipsorum & quorumcunque aliorum nuptiae seu matrimonia non debent clam fieri , sed publice , & sic non debent esse clandestina . Tandem instruuntur judices ad cuncta rimandum .

**h Mœcha.** Mœcha sive adultera & ab aliis possit pereum duci in uxorem . Et ibi matrimonia secunda conceditur . c. quod si dormierit . 2 Mœcham sive mulierem efficit coactio , & ideo nulla mulier est cogenda nubere , quia in matrimonio animus plena libertate potiri debet & gaudere . Non licet viro uxorem deferre , ut fecit Lotharius .


3 Mœchia notam an dicantur incurrire filii & filiae qui post sponsionem parentum cum aliis contrahunt , hoc est , an filii & filiae post promissionem & sponsionem parentum suorum possint licite cum aliis contrahere .

**i Coit.** Coire solida (ut est meretrice) potest in uxorem duci , sive ejus correctione spes habetur . Coitus sive fornicationis causa potest uxor dimitti .

2 Coitus sive incontinentia causa ducta an sit

## Materia XXXVI. Causarum.

- conjunctus appellanda. Abortum procurantes an  
sint homicidae.
- 3** Coitum sive copule conjugali apta puella si habet  
patrem servum, & avum liberum, in matrimo-  
nio contrahendo sequatur de honestate arbitri-  
um avi, & non patris, qui liberum non habet ar-  
bitrium, cum sit servus.
- 4** Coitu ancillari & illico non licet prolem que-  
rere: vivente enim uxore ex qua cunctis causa ne-  
que ex ancilla neque ex alia licet prolem procreare. Mœchiæ nomine omnis illicitus concubitus  
intelligitur. c. meretrices.
- 5** Coire coasta & per violentiam accepta an per-  
dat pudicitiam & virginitatem. Carnis virgini-  
tas non servatur, si mens corruptitur. Viro ux-  
orem extra fornicationis causam derelinque-  
re non licet.
- 6** Coiens vir cum alia & sic adulteri, uxorem adul-  
teram dimittere non potest.
- 7** Coitus seu fornicationis causa dimittere uxo-  
rem, eayiente alia, ducere non potest. Coitus contra naturam & cum personis conjunctis  
est gravissimum peccatum.
- 8** Coitum sive incontinentiam incurrire non de-  
bet aliquis, ut aliqua ad fidem convertatur. Et  
sic non licet ducere uxore infidelem sub ea con-  
ditione, ut convertatur & fidelis efficiatur.
- 9** **Mente.** Mente seu voluntate mulier cupit  
ut frat mater, & habeat liberos, ta-  
men ejus vir est frigidus & maleficiatus, an pro-  
pter hoc sit ab eo separanda.
- 10** Mens & voluntas est mulieri post mortem viri  
cum illo contrahere, cum quo prius fornicata  
fuit, an possit. Viro uxorem dimittere propria  
auctoritate & sine iudicio ecclæsiæ non licet, ne-  
que eam occidere. c. admonere.
- 11** Mensis seu cordis sola contritione absque oris  
confessione an possint peccata deleri, & utrum  
possimus Deo satisfacere. Illam quæstionem  
prolixè tractat Graianus, ejus occasione inter-  
ferens tractatum de pœnitentia septem distinc-  
tiones continentem.
- 12** Mensis scrupulo cessante, an possit maritus tem-  
pore orationis & pœnitentie uxori debitum  
reddere. Et ibi habetur, quod tempore quadra-  
gesimali nuptias celebrare non licet.
- 13** Mens & voluntas est viro continentiam vovere.  
Non potest hoc facere sine consensu uxoris tacito vel expresso, nisi sit sponsa nondum cognita.  
Mulier viro debet subesse, cum vir sit caput  
mulieris. c. hæc imago.
- 14** **Dubitans.** Dubitans uxor de morte ma-  
riti, & credens illum esse mor-
- tuum, si contrahat cum alio, an dicatur rea-  
dulterii.
- 15** Dubitans mulier de morte mariti si cum alio  
contraxit, & postea maritus ejus rediit, an sit co-  
genda ad eum redire, & primum dimittere.
- 16** **Gradibus.** Gradibus consanguinitatis  
non possumus ducere in uxores. Quare constitu-  
tum sicut ne consanguineæ ducantur.
- 17** Gradu consanguinitatis uxori contingentem  
non licet uxorem ducere.
- 18** Gradus consanguinitatis & affinitatis secundum  
decreta usque ad septimam generationem ha-  
bent prohibitionem: hoc est, quod ratione con-  
sanguinitatis & affinitatis prohibitus est ma-  
trimonium usq; ad septimum gradum.
- 19** Gradus vi. consanguinitatis quare prohibitus  
est secundum canones.
- 20** Gradus consanguinitatis quomodo computan-  
dis sunt.
- 21** Gradibus prohibitis conjuncti ad quorum ac-  
cusationem vel testificationem sunt separandi.  
Et ibi de juramento appellationis & reconcilia-  
tionis. Et de juramento eorum qui consanguini-  
tatem probant. c. de parentela.
- 22** Gradu prohibito conjuncti si ad invicem carna-  
liter commisceantur, filii ex tali incestuoso coi-  
tu procreati non sunt filii appellandi.
- 23** Gradus consanguinitatis & affinitatis quis dica-  
tur esse dispensabilis, id est, quo gradu possit di-  
spensari cum consanguineis & affinibus.
- 24** Gradus prohibito conjuncti (licet forte sententia  
pro matrimonio fuerit lata) possunt separari.  
Sententia enim pro matrimonio vel contra-  
plum lata potest retractari veritate comperta,  
quia talis sententia nullo cursu temporis transit  
in rem judicatam. Et ibi dicitur sententiam et-  
iam Romani Pontificis in melius posse mutari,  
c. sententiam.
- 25** Gradus affinitatis (sive ipsa affinitas) in super-  
stite non deletur. Item soboles execundis suscep-  
ta nuptiis consanguineis prioris viri copulari  
non debet secundum decreta. sed hoc corrigi-  
tur per c. non debet de consang. & affin.
- 26** **Rapiente.** Rapiente virginem per vim  
ab aliquo raptus committi  
dicitur.
- 27** Rapiens violenter puellam potest illam peracta  
pœnitentia in uxorem ducere. Et sic raptæ ra-  
ptori jure canonico nubere potest.  
c. deniq; & melius extra de-  
rap. c. eū causa. cum  
similibus,



DECRE-